Instituta primi capituli. Precipimus ut sani cum sanis in dormitorio
dormiant. infirmi cum infirmis. et singulis noctibus post
moderata circatione habita. claudatur dormitorium. clauso
dormitorio quicumque pulsando fratres inquietauerit. prima
sequenti die ad arbitrium capitulo presidenti peniteat.
Clausuras singulares in omnibus locis prohibemus.
Occasione nulla nemo uel canonicam horam uel capitulum negligat.
Silentium. ~~in oratorio. claustro. dormitorio.~~ ~~refectorio.~~ secundum
regularem consuetudinem diligentius obseruetur. Transgressores
die prima ad arbitrium prioris puniantur. nisi forte per tempta-
tionem uel obliuione unum uel duo uerba aliquis proferant.
Extra septa claustri nullus absque licentia abbatis uel prioris
egrediatur. Transgressor ad arbitrium in capitulo presidentis
puniatur. Officiales excipimus.
Si qui ad disciplina regulari appellauerint a monasterio proici-
antur. non recipiendi nisi ad arbitrium rectoris uel uisitatoris
eiectus si exire noluerit quamdiu in claustro ad uiuis absti-